

Primus phisicorum.

sortis vel non. Si primum sequitur q̄ seclusa q̄tis tate est ibi distinctio. Si secundum ergo idem generat se et in aliquo instati nature in eadem materia sunt simul plures forme. S. T. opus xxxij. c. v. Itē partis sortis sunt eiusdem speciei per formam suā ergo sine q̄tate. *zc.*

¶ Octauo q̄tatas non est principium individualis ergo q̄tatas non est illud quo vnu diuidit siue distinguitur ab alio in his que sunt eiusdem rationis antecedens patet q̄ deus posset ponere eandem q̄titatem numero in sorte et in platone et q̄titate relata in sacramento altaris deus posset ponere in alio pane q̄ prius fuit ergo panis non est p̄cise ali⁹ per q̄titatem sed dices quod istud est miraculum et ideo non concludit contra rationem naturale. Cōtra miraculum non est respectu contradictoriorū ad que nulla est potentia sed contradictio est eadē substantiam manentē esse duas substātias qd tñ sequitur in casu si per aliquid accidens esset formaliter hec substantia. Itē substantia prius est natura liter omni accidente fm totalem coordinationem suam ergo nihil posterius ista coordinatio potest esse ratio formalis qua aliquid est in ista coordinatione ergo prius naturaliter est substantia prima q̄ determinetur aliquo accidēte. Item substantia p̄ se est prius accidente ergo quod maxime est substantia est maxime prius accidente Sed dices q̄ illa substantia est prior q̄titate in essendo non tamen in dividendo vel q̄ substantia est prior in entitate nō autē in diuisibilitate. contra forma est simpliciter prior composito in essendo sed qualitas est forma prius substantie in quantum huiusmodi.

¶ Mono arguitur ad idem i qualibet coordinatione circumscripto quocunq; alio est genus et species ergo et individualis secluso omni etrīnseco. i.eo qd ē alterius ḡnis: tenet cōsequētia quia in illa coordinatione p̄ceditur in infinitū. Itē species per se pdicatur de individuali sc̄ de sorte. hoc autē non esset vero si sortes ess̄ sortes siue hic homo per q̄titatē: quia sortes vt sic videtur esse ens per accidētes et importare res diuersorū generum. Forte dices q̄ principiū individualis siue distinctionis non est q̄tatas sed signatio materie quam habet causaliter p̄ q̄titatem et ista signatio est alia et alia in diuersis partibus et in diuersis hominibus. Cōtra quia substantia vt dictu⁹ est prior est naturaliter quantitate: ergo nihil cātu per q̄titatē est prius subāvel idē substantie. Item quero quid est q̄titatē derelinquere vel causare modum tales in substantia si nihil est nisi q̄ prefuit quantitas tunc nullomodo est signatio per quantitatē quia tunc simpliciter signatio substantie precederet naturaliter q̄titatem. Si autē aliquid aliud quero quomodo causatur a quantitate et quo genere cause non videtur posse assignari ibi nisi genus cause efficientis. sed cōtra q̄tatas non est forma activa igitur. Item individualis inquantum h̄mōi causat hanc q̄titatē q̄ effectus singularis habet causam singularem ergo pri⁹ in ista signatio q̄tatas. Forte dicasq; materia signata nihil aliud est q̄ materia in habitudine ad hāc q̄titatē. Contra vel ista habitudo est ipsamet materie relatio. Si primum tunc nichil aliud est dicere q̄ materia signata est principium distinctionis q̄ dicere q̄ materia est principium distinctionis sui ipsius ab alia materia. Si dicatur q̄ materia est signata per signationem et q̄ ista signatio est relatio. contra relatio est posterior fundamento ergo ista signatio se

quitur primam substantiam.

¶ Decimo arguitur q̄ diuisibilitas nō est propria passio q̄titatis quia potentia et actus sunt eiusdem generis et eiusdem essentie sed actu diuidi nō est essentiale q̄titati: quia tunc omnis q̄titas esset actu diuisa igitur nec potentia ad diuidi est de eēntia eius esse autē diuisibile dicit potentiam ad diuidi igil. Item nunq; actus potentie repugnat illi cuius est potentia sed esse diuisum repugnat q̄titati q̄ si est diuisum iam non est continuū nec diuisibilitas equaliter inest speciebus quia continuū est diuisibile in potentia numerus autē est actu diuisus. Itē in logica species q̄titatis sumuntur fm rōnem mensure ut p̄z de superficie et loco ideo. Forte dicas q̄ eēmē suram est ratio quidditativa q̄titatis. Contra rō ḡnis et vniuoci eque p̄sō iest oībus specieb⁹. Forte dicas q̄ rō descriptiva generis nō inest eque primo speciebus. Contra in diffinitione equiuocorū capitur ratio p̄ quacunq; diffinitione ut dicitur in logica. Itē vnitati cōueuit rō mensure. *x. metha.*

¶ Undecimo si q̄titas de se haberet partes ergo q̄titas est q̄ta quod tamē est falsum quia albedo non est alba. Item tunc omne corpus esset quadratum patet quia est ita lōgum sicut latum et profundum quo patet quia vbiq; est longitudi ibi est latitudo et profunditas: ergo semper latitudo est equalis longitudini.

¶ Ad primū dicēdū q̄ adhuc materia nō esset punctum. S. T. in scđo. v. xxx. q. i. q̄ apta nata est recipere q̄titatem haberet tamen aliquomodo modū puncti q̄ non esset extensa sed esset individualis actu potentia tamen remota diuisibilis sed non potentia propinqua. Ad aliud posset dici q̄vnomodo prioritatis aliquid est prius altero et tamen subsistendē cōsequētia cōuertitur. dicit em̄ phūs q̄ sic esse vel nō esse est causa veritatis propōnis. Nam si homo est hec est vera oratio homo est et econuerso inquit phūs. Et hec etiā dicitur prioritas nature. Ad aliud non pono a parte rei talia instantia nature.

¶ Ad secundū dico q̄ forma precedit q̄titatē fm esse simpliciter et est posterior q̄titate inesse distictio: sed quia esse est simpliciter prius q̄ esse distinctionē ideo forma substantialis est simpliciter prior in natura q̄tatas. Ad aliud dico pro tota solutio ne materie sicut dictum est q̄ materia potest duplicititer considerari sine q̄titate uno modo et nullam habeat habitudinem ad hanc q̄titatem vel ad illā et hoc nō est possibile. Aliomodo q̄vna pars habeat habitudinem ad hanc q̄titatem et alia ad aliam sicut ponimus plures animas separatas eiusdem rationis: et tunc dico quod separata quantitate actu adhuc caput sortis differret a pede. Alij dñt q̄ secundum rem quantitas non potest auferri: sed secundum intellectum quia materia potest intelligi sine quantitate. Et si queratur an materia possit intelligi sine forma dicendum quod non: quia non intelligitur nisi per analogiam ad formam: tamen in conceptu eius non cadit determinata forme siue quantitas. Ad aliud dicitur quod partes substantie non habent a quantitate quod sint substantia licet habeat quod sint partes. Ad aliud dicitur negando consequiam. Et ad allud dico: q̄ quantitas ex se habet quandam distinctionem quam non habent alia accidentia/cuius ratio est quia quantitas ex sua ratione habet partes vni rationis distinctas secundum ordinem i situ. Sed cōtra situs est respectus qui est posterior. Dicendū q̄